

NvK an Eugen IV. (Supplik). Bitte um Verfassungsänderungen für die Pfarrkirche Bernkastel.

Kop. (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Reg. Suppl. 339 f. 197^v-198^r.

Druck: Meuthen, Pfründen 64-66.

Erw.: Meuthen, Pfründen 38 und 60; Meuthen, Neue Schlaglichter 46.

Devotus vester Nycolaus de Cußa pastor sive plebanus parrochialis ecclesie de Berncastel Treuerensis diocesis, cuius cura per vicarium perpetuum exercetur et in qua viii altariste fore noscuntur, multiplici et attenta meditatione previa considerat, quod, si de domibus plebani et vicarii dicte ecclesie, que contigue sunt, una domus fieret et ipsi domui omnes et singuli fructus, redditus et proventus, iura et obventiones et emolumenta tam altaristarum omnium, qui ex fructibus eis assignatis competenciam non habent, quam 5 plebani et vicarii appropriarentur, unirentur, annecterentur et incorporarentur, ita quod plebanus, vicarius et altariste nunc et pro tempore existentes simul in dicta domo moram traherent et in communi viverent ex administratione unius ipsorum, qui singulis annis per eos eligeretur et ipsis in fine singulorum annorum certa ad hoc deputata die de administratione debitam rationem reddere teneretur et redderet, statuereturque et ordinaretur, quod in prefata ecclesia singulis diebus due misse, una videlicet submissa voce 10 de mane in diluculo et alia cum cantu post horam terciarum celebrarentur ac singule hore canonice debitibus horis sonora voce dicerentur et quod plebanus de vario, vicarius de asperiolis et altariste de agnellis almucia deferrent²⁾ ipseque plebanus existens pro tempore de concilio omnium quatuor ex dictis altaristis pro exercicio cure quatuor filialium ipsius parrochialis ecclesiarum deputare ac decedentibus vel cedentibus 15 singulis ex altaristis prefatis in et ad loca singulorum alios substituere pro tempore libere haberet quodque 15 in administratione fructuum talis forma servanda esset et servari deberet, quod singulis annis de fructibus sic unitis ultra victum supracrescentibus singulis ex eis fructuum quantitibus et personarum qualitibus et necessitatibus pensatis pro vestibus et aliis necessariis certa porcio assignaretur, altaristis pro exercicio cure, ut premititur, deputatis maior aliis altaristis et vicario maior altaristis pro dicto exercicio deputatis et plebano maior vicario, ex hoc non solum necessitatibus et indigenciis altaristarum succurreretur, com- 20 moditatibus parrochianorum prefate ecclesie ac illius venustati ac decori consuleretur, ymmo divinus cultus in eadem ecclesia notabile et laudabile susciperet incrementum cum populi devocionis non modico augmento.

Ut igitur in dicta ecclesia divinus cultus augeatur et necessitatibus altaristarum consulatur, ut preferatur, supplicat humiliter s. v. Nycolaus prefatus, quatenus alicui probo viro in illis partibus committere dig- 25 nemini et mandare, ut domos predictas coniungat et inantea unam esse et manere debere decernat illique omnes et singulos fructus etc. appropriet, uniat, annectat et incorporet statuatque et ordinet omnia premissa ac quod plebanus, vicarius et omnes altariste existentes pro tempore in dicta domo simul morari et in communi vivere debeant ex administratione unius eligendi per eos, ut preferatur, aliasque faciat, statuatur, ordinet et disponat in ecclesia premissa in omnibus et per omnia, prout secundum deum pro necessitatibus altaristarum, commoditatibus parrochianorum, venustate et decore dicte parrochialis ecclesie, incre- 30 mento divini cultus in eadem et augmento devocionis populi videbitur expedire, ac que fecerit, statuerit, ordinaverit et disposuerit racionabiliter in ecclesia premissa, faciat per censuras ecclesiasticas et alia iuris oportuna remedia firmiter observari . . . — Billigung mit Concessum, jedoch nur: de consensu beneficiatorum. 35

¹⁾ Datum der Billigung.

²⁾ Die im Chor getragenen Schultermäntel aus Pelzwerk. Unterschieden werden hier Buntwerk, Feb (de vario), Hermelin (de asperiolis) und Lammfell (de agnellis).

Aus dem Bericht des B. Peter von Digne über die Reise nach Konstantinopel auf dem Konzil von Ferrara am 1. März 1438.²⁾ Ankunft des NvK in Konstantinopel und seine Verhandlungen mit dem Kaiser.

Kop. (1453): FLORENZ, *Bibl. Medicea Laurenziana, Cod. Strozzi*, 33 f. 208^r; (zur gleichen Zeit?): ROM, *Bibl. Vat., Vat. lat.* 4187 f. 315^r; ROM, *Bibl. Vat., Vat. lat.* 4184 f. 311^r. Zu den Handschriften s.o. Nr. 295a; zu CF III, II 50 kritisch Miethke, *Überlieferung* 301 Anm. 83.

Druck: Cecconi, *Studi DLXXVI* in Nr. CLXXXVIII; CF III, II 57 in Nr. III 1.

Erw.: Vansteenberghe 61f.; Haubst, *Studien* 27. Zum ganzen Bericht s. auch Coville, *Pierre de Versailles* 238–248.

Dominus Tarentasiensis ac dominus Nicolaus de Cuza advenerunt de Candia ducentes tres galeas grossas cum trecentis balistariis atque secum habebant fratrem imperatoris, videlicet Constantinum, venientem de Morea, cui imperator deputabat custodiam sue civitatis Constantinopolitane in sua absentia.³⁾ Isti vero congaudentes super bona dispositione reperta⁴⁾ congratulati sunt domino imperatori et obligationem factam Bononie per suos ambassiatores cum domino nostro papa ei ostenderunt⁵⁾, petentes, ut illam confirmaret; quod postea fecit, quando in Grecum translatum fuit.

1 Cuza: Cusa *Strozzi*. 5 papa: facta *Strozzi*.

¹⁾ Am 24. September Ankunft des NuK, am 3. Oktober Ankunft der "avignonesischen" Gesandtschaft, von der im unmittelbaren Anschluß an Nr. 323 berichtet wird: Rebus autem nostris sic prospere succedentibus apud dominos imperatorem et patriarcham ceterosque Grecos, quarta octobris venerunt galee Avinionen(ses) usw. Genauer: Nachdem die "Avignonesen" am 3. Oktober im Hafen angelangt waren, betreten sie am 4. Oktober die Stadt.

²⁾ S.u. Nr. 339.

³⁾ S.o. Nr. 317.

⁴⁾ Nämlich die von den Bb. von Digne, Porto und Koroni schon getroffenen Vorbereitungen.

⁵⁾ Nr. 315 und 316. Da im Bericht des B. von Digne vorher von keinerlei Dokumenten die Rede ist, scheint zumindest Nr. 315/316 dem Eb. von Tarentaise und NuK anvertraut gewesen zu sein.

zu 1437 <September 24 — Oktober 3>, Konstantinopel.¹⁾

Nr. 324

Bericht des Johann von Ragusa vor dem Basler Konzil am 29. Januar 1438 über seine Gesandtschaftstätigkeit in Konstantinopel; darin über NuK.

Zur handschriftlichen Überlieferung s. Krchňák, *Vita* 54 Nr. 5. Unserem Auszug zugrundegelegt ist das von Johann von Ragusa durchkorrigierte Exemplar in BASEL, *Univ.-Bibl.*, E I 1^k f. 438^r–459^v (das Exzerpt: f. 448^v–449^r).

Druck: Mansi XXXI 263E–264A; Cecconi, *Studi DIX* in Nr. CLXXVIII (jeweils nach anderer Überlieferung, deren unbedeutende Textabweichungen in unserem Auszug übergangen worden sind).

Post predictos²⁾ venit archiepiscopus Tarantasiensis legatus domini nostri cum galeis et magister Nicolaus de Cusa cum eo. Et licet prefatus dominus archiepiscopus legatus prima vice, qua eum visitavi, satis dure me receperit et multa tam in genere quam in specie dixerat in presentia prefati magistri Nicolai et domini capitanei galearum domini nostri, nichilominus patienter me habui, nec volui ad singula respondere, nisi ad ea tantum que honorem sacri concilii et etiam r^{mi} domini mei domini legati contingere videbantur. Et sibi ut prioribus ambasiatoribus in omnibus adhesi, sollicitando imperatorem et patriarcham, ut nullo modo deficerent, quin venirent.³⁾

¹⁾ Die zeitliche Begrenzung wie Nr. 323. Zum Aufenthalt des Johann von Ragusa in Konstantinopel (1435 IX 23–1437 XI 2) s. Krchňák, *Vita* 30–40.

²⁾ Nämlich nach den zuerst eingetroffenen Mitgliedern der vereinigten päpstlichen und Minderheitsgesandtschaft.

³⁾ Irrigerweise geben Vansteenberghe 60 Anm. 4 wie auch Krchňák, *Vita* 54 Nr. 5, an, der Bericht sei innerhalb der Gesta Synodi Basiliensis MC III 34–50 in extenso gedruckt.